

DONATVS AD LECTOREM.

32-5-4-10

I Anua sum rudibus primam cupientibus artem,
Nec sine me quisquam rite peritus erit.
Nam genus & casu, specie, numerum, atq; figuram
His, quæ flectuntur partibus insinuo.
Pono modū reliquis, quid cōperat ordine pandens,
Et quam non doceam, dictio nulla manet.
Ergo legas studium tibi rudis adjice Lector,
Nam celeri studio discere multa potes.



M A C E R A T A E,

Apud Curtium Gobbū, & Iosephum Pandarū. 1645.
Cum Licentia DD. Superiorum.

AELII DONATI RUDIMENTA.

Grammaticæ incipiunt.

POETA, quæ pars est? nomen est.
Quare est nomen? Quia significat substantiam, & qualitatem propriam, vel communem cum casu. Nominis quot accidunt? quinque. Quæ? Species, Genus, Numerus, Figura, & Cæsus. Cuius speciei? Primitiua. Quare? quia à nullo deriuatur? Cuius speciei? Deriuatiua. Vnde deriuatur à Poesis. Cuius generis? Masculini. Quare? quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hic. Cuius generis? Fœminini. Quare? quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hæc. Cuius generis? Neutri. Quare? quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hoc. Cuius generis? Communis. Quare? quia præponuntur ei in declinatione duo articularia pronomina hic, & hæc. Cuius generis? Omnis. Quare? quia præponuntur in ei declinatione tria particularia pronomina hic, & hæc, & hoc. Cuius generis? Promiscui. Quare? quia sub vna voce, & uno articulo comprehenduntur animalia vtriusque sexus. Cuius generis? Incerti. Quare? quia nulla ratione cogente, sed sola auctoritas veterum sub diuerso genere protulit. Cuius numeri? Singularis. Quare? quia singulariter profertur. Cuius numeri? Pluralis Qu-

re? quia pluraliter profertur . Cuius figuræ? simplicis . Quare? quia simpliciter profertur . Cuius figuræ? Compositæ . Quomodo componitur? Ex in , & iustus componitur iuiustus . Cuius figuræ? Decompositæ . Quare? quia non per se componitur , sed à composite nomine deriuatur , quod est illud iniustus, iniusti, addita tia , fit iniustitia . Cuius casus? Nominatiui . Quare? quia in tali casu declinando reperitur, & eius sensum retinet in constructione .

Cuius declinationis? Primæ . Quare? Quia eius genitiuus singularis in æ , diphthongum definit : vt hic Poeta , huius Poetæ .

Nominatiuo hic Poeta . Genitiuo huius poetae . Datiuo huic poetæ . Accusatiuo hūc poetam . Vocatiuo ò poetæ . Ablatiuo ab hoc poetæ . Et plural . nominatiuo hi poetæ . Genitiuo horum poetarū . Datiuo his poetis . Accusatiuo hos poetas . vocatiuo ò poetæ . Ablatiuo ab his poetis .

Nominatiuo hēc musa . Genitiuo huius muse . Datiuo huic muse . Accusatiuo hanc musam . Vocatiuo ò musa . Ablatiuo ab hac musa . Et pluraliter nominatiuo hæ muse . Genitiuo harū musatum . Datiuo his musis . Accusatiuo has musas . Vocatiuo ò muse . Ablatiuo ab his musis .

Nomiuatino hic , & hēc aduenæ . Genitiuo huius aduenæ . Datiuo huic aduenæ . Accusatiuo hunc , & hanc aduenam . Vocatiuo ò aduenæ . Ablatiuo ab hoc , & ab hac aduenæ . Et Pluraliter nominatiuo hi ; & hæ aduenæ . Genitiuo horum , & harum aduenarum . Datiuo his aduenis . Accusatiuo

cusatiuo hos , & has aduenas . Vocatiuo ò adue-
næ . Ablatiuo ab his aduenis .

C Vius declinationis ? Secundæ . Quare ? Quia
eius genitiuus singularis in i , produ&um
desinit , vt hic Dominus , huius Domini , & hic
Deus , huius Dei .

N Ominatiuo hic Deus . Genitiuo huius Dei .
Datiuo huic Deo . Accusatiuo hunc Dëum
Vocatiuo ò Deus . Ablatiuo ab hoc Deo . Et plu-
raliter nominatiuo hi Dei , vel dij . Genitiuo ho-
rum deorum , vel deum . Datiuo his deis , vel dijs .
Accusatiuo hos deos . Vocatiuo ò dei , vel dij .
Ablatiuo ab his deis , vel dijs .

N Ominatiuo hic Dominus . Genitiuo huius
Domini . Datiuo huic Domino . Accusatiuo
hunc Domihum . Vocatiuo ò Domine . Ablatiuo
ab hoc Domino . Et pluraliter nominatiuo hi Do-
mini . Genitiuo horum Dominorum . Datiuo his
Dominis . Accusatiuo hos Dominos . Vocatiuo ò
Domini . Ablatiuo ab his Dominis .

N Ominatiuo hic Magister . Genitiuo huius
magistri . Datiuo huic magistro . Accusatiuo
hunc magistrum . Vocatiuo ò magister . Abla-
tiuo ab hoc magistro . Et pluraliter nominatiuo
hi magistri . Genitiuo horum magistrorum . Dati-
uo his magistris . Accusatino hos magistros . Vo-
catiuo ò magistri . Ablatiuo ab his magistris .

N Ominatiuo hoc scamnum . Genitiuo huius
scamni . Datiuo huic scamno . Accusatiuo
hoc scamnum . Vocatiuo ò scamnum . Ablatiuo
ab hoc scamno . Et pluraliter noiminatiuo hæc ,

scamna : Genitio horum scannorum . Datiuo his scannis . Accusatiuo hæc scamna . Vocatiuo ò scamna , Ablatiuo ab his scannis .

C Vius declinationis ? Tertiæ . Quare ? Quia eius genitiuus singularis in is correptum desinit : vt hic pater , huius patris .

N Ominatiuo hic pater . Genitio huius patris Datiuo huic patri . Accusatiuo hunc patrem . Vocatiuo ò pater . Ablatiuo ab hoc patre . Et plural . nominatiuo hi patres . Genitio horum patruū . Datiuo his patribus . Accusatiuo hos patres . Vocatiuo ò patres . Ablatiuo ab his patribus .

N Ominatiuo hic doctor . Genitio huius doctoris . Datiuo huic doctori . Accusatiuo hunc doctorem . Vocatiuo ò doctor . Ablatiuo ab hoc doctore . Et pluraliter nominatiuo hi doctores . Genitio horum doctorum . Datiuo his doctribus . Accusatiuo hos doctores . Vocatiuo ò doctores . Ablatiuo ab his doctribus .

N Ominatiuo hic , & hæc homo . Genitio huius hominis . Datiuo huic homini . Accusatiuo hunc , & hanc hominem . Vocatiuo ò homo . Ablatiuo ab hoc , & ab hac homine . Et pluraliter nominatiuo hi , & hæc homines . Genitio horum , & harum hominum . Datiuo his hominibus . Accusatiuo hos , & has homines . Vocatiuo ò homines . Ablatiuo ab his hominibus .

N Ominatiuo hoc tempus . Genitio huius téporis . Datiuo huic tépori . Accusatiuo hoc tempus . Vocatiuo ò tempus . Ablatiuo ab hoc tempore . Et pluraliter nominatiuo hæc tempora .

Genj

Genitiuo horum temporum . Datiuo his temporibus . Accusatiuo hæc tempora . Vocatiuo ò tempora . Ablatiuo ab his temporibus .

Nominatiuo hoc cubile . Genitiuo huius cubilis . Datiuo huic cubili . Accusatiuo hoc cubibile . Vocatiuo ò cubile . Ablat . ab hoc cubili . Et pluraliter nominatiuo hæc cubilia . Genitiuo horū cubiliū . Datiuo his cubilibus . Accusat . hæc cubilia . Vocatiuo ò cubilia . Ablatiuo ab his cubilibus .

Nominatiuo hic , & hæc , & hoc felix . Genitiuo huius felicis . Datiuo huic felici . Accusatiuo hunc , & hanc felicem , & hoc felix . Vocatiuo ò felix . Ablatiuo ab hoc , & ab hæc , & ab hoc felice , vel felici . Et pluraliter nominatiuo hi , & hæc felices , & hæc felicia . Genitiuo horum , & harum , & horum felicium . Datiuo his felicibus . Accusatiuo hos , & has felices , vel felicess , & hæc felicia . Vocatiuo ò felices , & ò felicia . Ablatiuo ab his felicibus .

Nominatiuo hic , & hæc omnis , & hoc omne . Genitiuo huius omnis . Datiuo huic omni . Accusatiuo hunc , & hanc omnem , & hoc omne . Vocatiuo ò omnis , & ò omne . Ablatiuo ab hoc , & ab hæc , & ab hoc omne , vel omni . Et pluraliter nominatiuo hi , & hæc omnes , & hæc omnia . Genitiuo horum , & harum , & horum omnium . Datiuo his omnibus . Accusatiuo hos , & has omnes , vel omneis , & hæc omnia . Vocatiuo ò omnes , & ò omnia . Ablatiuo ab his omnibus .

Nominatiuo hic , & hæc pulchrior , & hoc pulchrius . Genitiuo huius pulchridris . Datiuo

huiic pulchriori. Accusatiuo hunc, & hanc pulchriorem, & hoc pulchrius. Vocatiuo ò pulchrior & ò pulchrius. Ablatiuo ab hoc, & ab hac, & ab hoc pulchriore, vel pulchriori. Et pluraliter nominatiuo hi, & hæ pulchriores, & hæc pulchritra. Genitiuo horum, & harum, & horu pulchriorum. Datiuo his pulchrioribus. Accusatiuo hos, & has pulchriores, & hæc pulchriora. Vocatiuo ò pulchriores, & ò pulchriora. Ablatiuo ab his pulchrioribus.

Cuius declinationis? Quartæ. Quare? quia eius genitiuus singularis in us, vel in u, productum definit, vt hic visus, huius visus, & hoc cornu, huius cornu.

Nominatiuo hic Iesu. Genitiuo huius Iesu. Datiuo huic Iesu. Accusatiuo hunc Iesum. Vocatiuo ò Iesu. Ablatiuo ab hoc Iesu.

Nominatiuo hic visus. Genitiuo huius visus. Datiuo huic visui. Accusatiuo hunc vilum. Vocatiuo ò visus. Ablatiuo ab hoc visu. Et pluriliter nominatiuo hi visus. Genitiuo horum visuum. Datiuo his visibus. Accusatiuo hos visus. Vocatiuo ò visus. Ablatiuo ab his visibus.

Nominatiuo hæc manus. Genitiuo huius manus. Datiuo huic manui. Accusatiuo hanc manum. Vocatiuo ò manus. Ablatiuo ab hac manu. Et plur. nominatiuo hæ manus. Genitiuo harum manuum. Datiuo his manibus. Accusat. has manus. Vocat. ò manus. Ablat. ab his manibus.

Nominatiuo hoc cornu. Genitiuo huius cornu. Datiuo huic cornu. Accusatiuo hoc cornu.

nu. Vocatiuo ò cornu. Ablatiuo ab hoc cornu.
Et pluraliter nominatiuo hæc cornua. Genitiuo
horum cornuum. Datiuo his cornibus. Accu-
satiuo hæc cornua. Vocatiuo ò cornua. Abla-
tiuo ab his cornibus.

60

Nominatiuo hæc domus. Genitiuo huius
domus, vel domi. Datiuo huic domui.
Accusatiuo hanç domum. Vocatiuo ò domus.
Ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter nomina-
tiuo hæc domus. Genitiuo harum domorum, vel
domum. Datiuo his domibus. Accusatiuo has
domus, vel domos. Vocatiuo ò domus. Abla-
tiuo ab his domibus.

CVius declinationis? Quintæ. Quare? quia
cius genitiuus singularis in ei, diuisas sylla-
labas definit, ut hæc res, huius rei.

Nominatiuo hic, vel hæc dies. Genitiuo hu-
ius diei. Datiuo huic diei. Accusatiuo
hunc, vel hanc diem. Vocatiuo ò dies. Ablati-
uo ab hoc, uel ab hac die. Et pluraliter nomi-
natiuo hi dies. Genitiuo horum dierum. Dati-
uo his diebus. Accusatiuo hos dies. Vocatiuo
ò dies. Ablatiuo ab his diebus.

Nominatiuo hæc res. Genitiuo huius rei.
Datiuo huic rei. Accusatiuo hanc rem.
Vocatiuo ò res. Ablatiuo ab hac re. Et plurali-
ter nominatiuo hæc res. Genitiuo harum rerum.
Datiuo his rebus. Accusatiuo has res. Vocati-
uo ò res. Ablatiuo ab his rebus.

Nominatiuo hæc spes. Genitiuo huius spei.
Datiuo huic spei. Accusatiuo hanc spem.

A s Voca-

Vocatiuo ò spes . Ablatiuo ab hac spe . Et pluraliter nominatiuo hæ spes . Accusatiuo has spes .
vocatiuo ò spes . Reliquis,caret .

Q uot sunt gradus Comparationis ? tres . Qui
Positiuus , Comparatiuus , & Superlatiuus . Positiuus , vt doctus . Comparatiuus , vt
doctior . Superlatiuus , vt doctissimus .

B Onus, melior, optimus : Bona, melior, optima : bonum , melius , optimum . Et in ad-
uerbio : Bonè , meliùs , optimè .

M alus , peior , pessimus : Mala, peior, pessima : Malum , peius , pessimum . Et in ad-
uerbio : Malè , peiùs , pessimè .

M agnus, maior, maximus ; Magna, maior,
maxima : Magnum, maius, maximum . Et in ad-
uerbio : Magnoperè , magis , maximè .

P artius, minor, minimus : Parua, minor, mini-
ma : Paruum , minis , minimum . Et in ad-
uerbio : paruè , minùs , minimè .

D octus , doctior , doctissimus : Docta , do-
ctor,doctissima . Doctum,doctius,doctissi-
mum . Et in aduerbio . Docte , doctiùs , doctissimè .

P luraliter nominatiuo hi duo , hæ duæ , & hæc
duo . Genitiuo horum duorum,harum dua-
rum,horum duorum . Dativo his duobus,duabus,
duobus . Accusatiuo hos duos , has duas , & hæc
duo . Vocabitu ò duo , ò duæ , ò duo . Ablatiuo
ab his duobus , duabus , duobus .

P luraliter nominatiuo hi , & hæ tres , & hæc
tria . Genitiuo horum , & hærum , & horum
trium . Dativo his tribus . Accusatiuo hos , & has
tres

tres, vēl trēs, & hæc triā. Vocatiuo d̄ trēs, & d̄ triā. Ablatiuo ab his tribus.

Pluraliter nomiuatib⁹ hi, & hæ, & hæc, qua-
tuor. Genitiuo Horam, & harum, & horum
quatuor. Datiuo his quatuor. Accusatiuo hos,
& has, & hæc quatuor. Vocatiuo d̄ quatuor.
Ablatiuo ab his quatuor.

Nota, quod omnia nomina numeralia à
quatuor, usque ad centum sunt omnis ge-
neris, numeri pluralis, & indeclinabilia.

A Mō, quæ pars est? Verbum est! Quare est
verbum? Qnia cum modis, & temporibus
fine casu agendi, vel patiendi est significatiuum!
Verbo q̄tōt accidunt? Octo. Quæ? Gensis, Tem-
pus, Modus, Species, Figura, Coniugatio, Per-
sona cum numero. Cuius generis? actiui. Qua-
re? quia in o desinens potest facere transitionem
ad aliquod rationale animal, vnde possit fieri
conuersa locutio in prima, vel in secunda per-
sona, vel saltē in secunda per assumptionē r. Cu-
ius generis? passiui. Quare? quia in or desinens
fit ab actiuo per assumptionem i. Cuius generis,
neutri. Quare? quia in o desinens, non potest
facere transitionem ad aliquod rationale animal
vnde possit fieri conuersa locutio in prima, vel
in secunda persona, vel saltē in secunda per
assumptionem r. Cuius generis? communis?
Quare? quia in paſſiuā litteratura utramque reti-
net significationem, actiua scilicet, & passi-
uam. Cuius generis? deponentis. Quare? quia
deponit ynam significationem, & alteram

per se retinet : deponit passiuam ; & retinet actuam in passiuia litteratura . Cuius generis ? neutri passiui . Quare ? quia in o definaens , passiuam retinet significationem . Cuius generis ? neutri passiui . Quare ? quia in præteritis perfectis , & in his , quæ formantur ab eis , retinet litteraturam passiuorum , & in cæteris verò neutrorum . Cuius temporis ? præsentis . Quare ? quia præsens tempus designat circa actionem , uel passionem . Cuius temporis ? Præteriti imperfecti . Quare ? Quia præteritum imperfectum tempus designat circa actionem , uel passionem . Cuius temporis ? Præteriti perfecti . Quare ? quia præteritum perfectum tempus designat circa actionem , uel passionem . Cuius temporis ? Præteriti plusquam perfecti . Quare ? quia præteritum plusquam perfectum tempus designat circa actionem , uel passionem . cuius temporis ? futuri . Quare ? quia futurum tempus designat circa actionem , uel passionem . Cuius modi ? indicatiui . Qnare ? quia indicat rem esse , vel fuisse , uel futuram esse . Cuius modi ? imperatiui . Quare ? quia imperat rem esse , uel futuram esse . Cuius modi ? optatiui . Quare ? quia eget aduerbio optandi , ut perfectum significet sensum . Cuius modi ? subiunctiui . Quare ? quia subiungit sibi aliud verbum , uel subiungitur alterius uerbo , ut perfectum significet sensum . Cuius modi ? infinitiui . Quare ? quia nec numerum , nec personā definit , sed eget sola alterius uerbi coniunctione . Cuius speciei ? primitiuz . Quare ? quia à nullo deriuatur . Cuius speciei ? deriuatiuz .

Vnde

62

Vnde deriuatur ? ab amo ; deriuatur amaturio. Cuius figuræ ? simplicis . Quare ? quia simpliciter profertur. Cuius figuræ ? compositæ . Quomodo componitur ? ex ad , & amo componitur adamo . Cuius figuræ ? decompositæ . Quare ? quia non per se componitur , sed à composito uerbo deriuatur , quod est illud : concupio , concupis , inde uenit concupisco . Cuius coniugationis ? primæ . Quare ? quia in secunda persona præsentis indicatiui modi habet a , productum ante s , uel ante ris ; ut amo , amas , & amor , amaris . Cuius coniugationis ? secundæ . Quare ? quia in secunda persona præsentis indicatiui modi habet e , productum ante s , uel ante ris : vt doceo , doces , & doceor , doceris . Cuius coniugationis ? tertiaz . Quare ? quia in secunda persona præsentis indicatiui modi habet i , correptum ante s , uel ante ris , ut lego , legis : & legor , legeris . Cuius coniugationis ? quartæ . Quare quia in secunda persona præsentis indicatiui modi habet i , productum ante s , uel ante ris : ut audio , audis , & audior , audiris . Cuius coniugationis ? nullius . Quare ? quia anomalum est , & non sequitur regulam alicuius coniugationis . Cuius personæ ? primæ . Quare ? quia cum loquitur , de se ipsa pronunciat . Cuius personæ ? secundæ . Quare ? quia secunda persona est illa , ad quam prima loquitur directo sermone . Cuius personæ ? tertiaz . Quare ? quia tertia persona est illa , de qua prima loquitur ad secundam extra se , & illam positat ad quam dirigit sermonem . Cuius personæ ? nul-

lius. Quare? quia omnia infinita, impersonalia, gerundia, & supina, numeris, & personis deficiunt. Cuius numeri? singularis. Quare? quia singulariter profertur. Cuius numeri? pluralis. Quare? quia pluraliter profertur.

AMo, amas, amat; amavi, amauisti, amauit. Ama, amet: amare, amauisse; amandi, amando, amandum, amatū, amatu; amans, & amaturus. **I**ndicatio modo tempore presenti Amo, amas, amat. Et pluraliter amamus, amatis, amant. Præterito imperfecto amabam, amabas, amabat, Et pluralit. amabamus, amabatis, amabant. Præterito perfecto amavi, amauisti, amauit. Et pluraliter amauimus, amauistis, amauerunt, vel amauere. Præterito plusquam perfecto amaueram, amaueras, amauerat. Et pluraliter amaueramus, amaueratis, amauerant. Futuro amabo, amabis, amabit. Et pluraliter amabimus, amabitis, amabunt. Imperatio modo tempore presenti ad secundam, & tertiam personam, ama, amet. Et pluraliter amemus, amate, ament. Futuro amato tu, amato ille. Et pluraliter amemus, amato-te, amanto. Optatio modo tempore presenti, & præterito imperfecto utinam amarem, amares, amaret. Et pluraliter utinam amaremus, amaretis, amarent. Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam amauissem, amauisses, amauisset. Et pluraliter utinam amauissimus, amauissetis amauissent. Futuro utinam amem, ames, amet. Et pluraliter utinam amemus, ametis, ament. Subiunctio modo tempore presenti cum amem,

62

amem, ames, amet. Et pluraliter cum amemus, ametis, ament. Præterito imperfecto cum amarem, amares, amaret. Et pluraliter cum amaremus, amaretis, amarent. Præterito perfecto cum amauerim, amaueris, amauerit. Et pluraliter cum amauerimus, amaueritis, amauerint. Præterito plusquam perfecto cum amauissem, amauisses, amauisset. Et pluraliter cum amauissemus, amauissetis, amauissent. Futuro cum amauero, amaueris, amauerit. Et pluraliter cum amauerimus, amaueritis, amauerint. Infinitiu modo tempore præsenti, & præterito imperfecto amare. Præterito perfecto, & plusquam perfecto amauisse. Futuro amatum ire, vel amaturum esse. Gerundia, vel participalia nomina sunt hæc: amādi, amando, amandum. Supina sunt hæc: amatum, amatu. Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? duo. Quæ? amans, & amaturus. Amans vnde formatur? à prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? amabam, bam in ns: fit amans. Amaturus vnde formatur? ab ultimo supino. Quomodo? amatum, amatu, addita rus: fit amaturus.

Verbo impersonali tempore præsenti. Amatur. Præterito imperfecto amabatur. Præterito perfecto amatum est, vel fuit. Præterito plusquam perfecto amatum erat, vel fuerat. Futuro amabitur. Imperatiuo modo tempore præsenti ametur. Futuro amator. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam amaretur. Præterito perfecto, & plusquam perfecto,

vtinam amatum esset, uel fuisset. **F**uturo utinam
ametur. Subiunctivo modo tempore præsenti cū
ametur. Præterito imperfecto cum amaretur.
Præterito perfecto cum amatum sit, uel fuerit.
Præterito plusquam perfecto cum amatum esset,
uel fuisset. **F**uturo cum amatum erit, vel fuerit.
Infinitivo modo tempore præsenti, & præterito
Imperfecto amari. Præterito perfecto, & plus-
quam perfecto amatum esse, vel fuisse. **F**uturo
amatum iri.

A Mor, amaris, uel amare, amatur: **a**matus
sum, es, est: amare, ametur: amari, ama-
tum esse, uel fuisse, amatus, & amandus.

Indicatiuo modo tempore præsenti. Amor,
amaris, uel amare, amatur. Et pluraliter ama-
mur, amamini, amantur. Præterito imperfecto
amabar, amabaris, uel amabare, amabatur. Et
pluraliter amabamur, amabamini, amabantur.
Præterito perfecto amatus sū, vel fui, es vel fuisti,
est, uel fuit. Et pluraliter amati sumus, uel fuimus,
estis, uel fuistis, sunt fuerunt, uel fuere. Præterito
plusquam perfecto amatus eram, uel fueram, eras
uel fueras, erat, uel fuerat. Et pluraliter amati
eramus, uel fueramus, eratis, uel fueretis, erant vel
fuerant. **F**uturo amabor, amaberis, uel amabere,
amabitur. Et pluraliter amabimur, amabimini,
amabuntur. Imperatiuo modo tempore præsenti
ad secundam, & tertiam personam, amare,
ametur. Et pluraliter amemur, amemini, amen-
tur. **F**uturo amator tu, amator ille. Et pluraliter
amemur, amemini, amantur. Optatiuo
modo

modo tempore præsenti, & præterito imperfecto
utinam amarer, amareris, uel amarere, amaretur
Et pluraliter utinā amaremur, amaremini, ama-
rentur. Præterito perfecto, & plusquam perfecto
utinam amatus essem, uel fuisset, esses, uel fuisses
esset, uel fuisset. Et pluraliter utinam amati esse-
mus, uel fuissetus, essetis, uel fuissetis, essent, uel
fuissent. Futuro utinam amer, ameris, uel ame-
re, ametur. Et pluraliter utinam amemur, ame-
mini, amentur. Subiunctivo modo tempore præ-
senti cū amer, ameris, uel amere, ametur. Et plu-
raliter cum amemur, amemini, amentur. Præteri-
to imperfecto cū amarer, amareris, uel amarere,
amaretur. Et pluraliter cum amaremur, amare-
mini, amarentur. Præterito perfecto cum amatus
sim, uel fuerim, sis, uel fueris, sit, uel fuerit. Et
pluraliter cum amati simus, uel fuerimus, sitis, uel
fueritis, sint, uel fuerint. Præterito plusquam per-
fecto cū amatus essem, uel fuisset, esses, uel fuis-
ses, esset, uel fuisset. Et pluraliter cum amati esse-
mus, uel fuissetus, essetis, uel fuissetis, essent, uel
fuissent. Futuro cum amatus ero, uel fuero, eris
uel fueris, erit, uel fuerit. Et pluraliter cum ama-
ti erimus, uel fuerimus, eritis, uel fueritis, erint,
uel fuerint. Infinitivo modo tempore præsenti,
& præterito imperfecto amari. Præterito perfe-
cto, & plusquam perfecto amatum esse, uel fuisse.
Futuro amatum iri. Quot participia trahuntur
ab hoc uerbo passiuo? duo. Quæ amatus, & amá-
dus. Amatus unde formatur? ab ultimo supi-
to. Quomodo? amatum, amatus; addita s, sic

amatus : Amandus unde formatur ? à genitivo
sui presentis participij. Quoniodo ? amans aman-
tis : tis in dus fit amandus.

Doceo , doces , docet : docui , docuisti , do-
cuit : doce , doceat : docere , docuisse : do-
cendi , docendo , docendum : doctum , doctu-
docens , & docturus .

Indicatio modo tempore praesenti . Doceo ,
doces , docet . Et pluraliter docemus , docetis ,
docent . Praterito imperfecto docebam , docebas ,
docebat . Et pluraliter docebamus , docebatis , do-
cebant . Praterito perfecto docui , docuisti , do-
cuit . Et pluraliter docuimus , docuistis , docue-
runt , vel docuere . Praterito plusquam perfecto
docueram , docueras , docuerat . Et pluraliter do-
cueramus , docueratis , docuerant . Futuro doce-
bo , docebim , docebit . Et pluraliter docebimus ,
docebitis , docebunt . Imperatiuo modo tempo-
re praesenti , ad secundam , & tertiam personam
doce , doceat . Et pluraliter doceamns , docete ,
doceant . Futuro doceto tu , doceto ille . Et plu-
raliter doceamus , docetote , docento . Optatiuo
modo tempore praesenti , & praterito imperfecto
vtinam docerem , doceres , doceret . Et pluraliter
vtinam doceremus , doceretis , docerent . Prate-
rito perfecto , & plusquam perfecto vtinam do-
cuissem , docuisses , docuisset . Et pluraliter vtinam
docuissemus , docuissetis , docuissent . Futuro vtinā
doceamus , doceatis , doceant . Subiunctiuo modo
tempore praesenti cum doceam , doceas , doceat .

Et

Et pluraliter cum doceamus, doceatis, doceant. Præterito imperfecto cum dicerem, doceres, diceret. Et pluraliter cum diceremus, diceretis, dicerent. Præterito perfecto cum docuerim, docueris, docuerit. Et pluraliter cum docuerimus, docueritis, docuerint. Præterito plusquam perfecto cum docuissem, docuisses, docuisset. Et pluraliter cum docuissemus, docuissetis docuisserent. Futuro cum docuero, docueris, docuerit. Et pluraliter cum docuerimus, docueritis, docuerint. Infinitiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto docere. Præterito perfecto, & plusquam perfecto docuisse. Futuro doctum ire, vel docturum esse. Gerundia, vel participalia nomina sunt hæc, docendi, docendo, docendum. Supina sunt hæc, doctum, doctu. Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? duo. Quæ? docens, & docturus. Docens unde formatur? à prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? docebam, bam in ns, sit docens. Docturus unde formatur? ab ultimo supino. Quomodo? doctum, doctu, additarius sit docturus.

Verbo impersonali tempore præsenti Doceatur. Præterito imperfecto docebatur. Præterito perfecto doctum est, vel fuit. Præterito plusquam perfecto doctū erat, vel fuerat. Futuro docebitur. Imperatiuo modo tempore præsenti doceatur. Futuro docetur. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto utinam doceretur. Preterito perfecto & plusquam perfecto utinam.

vtinam doctum esset , vel fuisset . Futuro vtinam
doceatur . Subiunctivo modo tempore præsentis
cum doceatur . Præterito imperfecto cum doce-
retur . Præterito perfecto cum doctum sit , vel
fuerit . Præterito plusquam perfecto cum doctum
esset , vel fuisset . Futuro cum doctum erit , vel fue-
rit . Infinitivo modo tempore præsenti , & præ-
terito imperfecto doceri . Præterito perfecto , &
plusquam perfecto doctum esse , vel fuisse . Futuro
doctum iri .

DOCEOR , doceris , vel docere , docetur , doctus
sum , es , est : docere , doceatur , doceri , do-
ctum esse , vel fuisse , doctus , & docendus .

Indicatiuo modo tempore præsenti . Doceor ,
doceris , vel docere , docetur . Et pluraliter do-
cemur , docemini , docentur . Præterito imperfe-
cto docebar , docebaris , vel docebare , docebatur :
Et qluraliter docebamus , docebamini , docebant-
tur . Præterito perfecto doctus sum , vel fui , es ,
vel fuisti , est , vel fuit . Et pluraliter docti sumus ,
vel fuimus , estis , vel fuistis , sunt fuerunt , vel fuere .
Præterito plusquam perfecto doctus eram , vel
fueram , eras , vel fueras , erat , vel fuerat . Et plura-
liter docti eramus , vel fueramus , eratis . vel fueras-
tis , erant , vel fuerant . Futuro docebior , doce-
beris , svel docebere , docebitur . Et pluralit. doce-
bimur , docebimini , docebuntur . Imperat. modo
tempore præsenti , ad secundam , & tertiam perso-
nam docere , doceatur . Et plur. doceamur , docea-
mini , doceantur . Futuro docetor tu , docetor ille .
AEt pluraliter doceamus , docemini , docentor .

Opt.

63

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito
imperfetto vtinam docerer, docereris, vel doce-
rere, doceretur. Et pluraliter vtinam doceremur,
doceremini, docerentur. Præterito perfecto, &
plusquam perfecto vtinam doctus essem, vel fui-
sem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et pluraliter
vtinā docti essemus, vel fuissemus, essetis, vel fui-
setis, essent, vel fuissent. Futuro vtinam docear,
docearis, vel doceare, doceatur. & pluraliter
vtinam doceamur, doceamini, doceantur. Sub-
junctiuo modo tempore præsenti cū docear, do-
cearis, vel doceare, doceatur. Et pluraliter cum
doceamur, doceamini, doceantur. Præterito im-
perfetto cū docerer, docereris, vel docerere, do-
ceretur. Et pluraliter cū doceremur, doceremini,
docerentur. Præterito perfecto cum doctus sim,
vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. Et plura-
liter cum docti simus, vel fuerimus, sitis, vel fueri-
tis, sint, vel fuerint. Præterito plusquam perfecto
cum doctus essem, vel fuisse, esses, vel fuisses,
esset, vel fuisset. Et pluraliter cum docti essemus,
vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel
fuissent. Futuro cum doctus ero, vel fuero, eris,
vel fueris, erit, vel fuerit. Et pluraliter cum
docti erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis,
erint, vel fuerint. Infinitiuo modo tempore præ-
senti, & præterito imperfecto doceri. Præterito
perfecto, & plusquam perfecto doctum esse, vel
fuisse. Futuro doctum iri. Quot participia trahun-
tur ab hoc verbo passiuo? duo. Quæ? doctus, &
docendus. Doctus unde formatur? ab ultimo su-

pine.

pino. Quomodo ? doctum, doctu : addita s, fit doctus. Docendus unde formatur ? a genetivo sui praesentis participij. Quomodo ? docens, docentis : tis in dūs, fit docendus.

LEgo, legis, legit, legi, legisti, legit: lege, legat, legere, legis, legendi, legendum: lectum, lectu : legens, & lecturus.

INdicatiuo modo tempore praesenti. Lego, legis, legit. Et pluraliter legimus, legitis, legunt. Præterito imperfecto legebam legebas, legebatur. Et pluraliter legebamus, legebatis, legebant. Præterito perfecto legi, legisti, legit. Et pluraliter legimus, legistis, legerunt, vel legere : Præterito plusquam perfecto legeram, legeras, legerat. Et pluraliter legeramus, legeratis, legetant. Futuro legam, leges, leget. Et pluraliter legemus, legetis, legent. Imperatiuo modo tempore praesenti, ad se cundam, & tertiam personam, lege, legat. Et pluraliter legamus, legite, legant. Futuro legito tu, legito ille. Et pluraliter legamus, legitote, legunto. Optatiuo modo tempore praesenti, & præterito imperfecto utinam legerem, legeres, legeret. Et pluraliter utinam legeremus, legeretis, legerent. Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam legissem, legissemus, legisset. Et pluraliter utinam legissemus, legissetis, legisserint. Futuro utinam legam, legas, legat. Et pluraliter utinam legamus, legatis, legant. Subiunctiuo modo tempore praesenti cum legam, legas, legat. Et pluraliter cum legamus, legatis, legant. Præterito imperfecto cum legerem, legates, legeret. Et pluraliter

raliter cum legeremus, legeretis, legerent. Præterito perfecto cum legerim, legeris, legerit. Et pluraliter cum legerimus, legeritis, legerint. Præterito plusquam perfecto cum legissem, legisset, legisset. Et pluraliter cū legissemus, legissetis, legisset. Futuro cum legero, legeris, legerit. Et pluraliter cum legerimus, legeritis, legerint. Infinitiu modo tempore præsenti, & præterito imperfecto legere. Præterito perfecto, & plusquam perfecto legisse. Futuro lectum ire, vel lecturum esse. Gerūdia, vel participalia nomina sunt hæc, legendi, legendo, legendum. Supina sunt hæc, lectum, lectu. Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? duo. Quæ legens, & lecturus. Legens unde formatur? à prima persona Præteriti imperfecti indicatiui modi. Quo? legebam, bam in ns, fit legens. Lecturus unde formatur? ab ultimo supino. Quo? lectum, lectu, addita rūs, fit lecturus.

Verbo impersonali tempore præsenti. Legitur. Præterito imperfecto legebatur. Præterito perfecto lectum est, vel fuit. Præterito plusquam perfecto lectum erat, vel fuerat. Futuro legetur. Imperatiuo modo tempore præsenti, legatur. Futuro legitior. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto utinam legetur. Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam lectum esset, vel fuisset. Futuro utinam legatur. Subiunctiuo modo tempore præsenti cū legatur. Præterito imperfecto cum legeretur. Præterito perfecto cum lectum sit, vel fuerit. Præterito plusquam perfecto cum lectum esset, vel fuisset.

Futuro

Futuro cum lectum erit, vel fuerit. Infinitio modo tempore praesenti, & præterito imperfecto legi. Præterito perfecto, & plusquam perfecto lectum esse, vel fuisse. Futuro lectum iri.

Legetur, legeris, vel legere, legitur: lectus sum, es, est: legere, legatur, legi: lectum esse, vel fuisse: lectus, & legendus.

Indicatio modo tempore praesenti. Legor, legeris, vel legere, legitur. Et pluraliter legimur, legimini, leguntur. Præterito imperfecto legebar, legebaris, vel legebare, legebatur. Et pluraliter legebamur, legebamini, legebantur. Præterito perfecto lectus sum, vel fui, es, vel fuisti, est, vel fuit. Et pluraliter lecti sumus, vel fuimus, estis, vel fuistis, sunt fuerunt; vel fuere. Præterito plusquam perfecto lectus eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat. Et pluraliter lecti eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant. Futuro legar, legeris, vel legere, legetur. Et pluraliter legemur, legemini, legentur. Imperatiuo modo tempore praesenti, ad secundam, & tertiam personam legere, legatur. Et pluraliter legemur, legemini, legantur. Futuro legitor tu, legitor ille. Et pluraliter lagamur, legimino, leguntur. Optatiuo modo tempore praesenti, & præterito imperfecto utinam legerer, legereris, vel legerere, legeretur. Et pluraliter utinam legeremur, legeremini, legerentur. Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam lectus essem, vel fuisssem, essem, vel fuissessem, esset, vel fuisset.

Et plu

Et pluraliter utinam lecti essemus, vel fuissetis, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Futuro utinam legar, legaris, vel legare, legatur. Et pluraliter utinam legamur, legamini, legantur. Subiunctivo modo tempore praesenti cum legar, legaris, vel legare, legatur. Et pluraliter cum legamur, legamini, legantur. Præterito imperfecto cum legerer, legereris, vel legerere, legeretur. Et pluraliter cum legeremur, legeremini, legerentur. Præterito perfecto cum lectus sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. Et pluraliter cum lecti simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. Præterito plusquam perfecto cum lectus essem, vel fuisset, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et pluraliter cum lecti essemus, vel fuissetis, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Futuro cum lectus ero, vel fuero, eris, vel fueris, erit, vel fuerit. Et pluraliter cum lecti erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis, erint, vel fuerint. Infinitivo modo tempore praesenti, & præterito imperfecto legi. Præterito perfecto, & plusquam perfecto lectum esse, vel fuisse. Futuro lectum iri. Quot participia trahuntur ab hoc verbo passiuo? duo. Quæ? lectus, & legendus. Lectus unde formatur? ab ultimo supino. Quomodo? lectum, lectu: addita s, fit lectus. Legendus unde formatur? à genituo sui praesentis participij. Quomodo? legens, legendis: tis in dus, fit legendus.

AVdio, audis, audit: audiui, audiuisti, audiuit: audi, audiat: audire, audiuisse: audiēdi, audiēdo, audiēdū: auditū, auditu: audiens, & auditurus.

Indi-

Indicatiuo modo tempore præsenti. Audio, au-
dis, audit . Et pluraliter audimus, auditis, au-
diunt. Præterito imperfecto audiebam, audiebas,
audiebat . Et pluraliter audiebamus, audiebatis,
audiebant . Præterito perfecto audiui, audiisti,
audiuit . Et pluraliter audiuiimus, audiuiistis, audi-
uerunt , vel audiuerere . Præterito plusquam perfe-
cto audiueram, audiueras, audiuerat . Et pluralit.
audiueramus, audiueratis, audiuerant . Futuro au-
diam, audies, audiet . Et pluraliter audiemus, au-
dieris, audient . Imperatiuo modo tempore præ-
senti ad secundam, & tertiam personam, audi, au-
diat . Et pluraliter audiamus, audite, audiant . Fu-
turo audito tu , audito ille . Et pluraliter audia-
mus, auditote, audiunto . Optatiuo modo tempo-
re præsenti , & Præterito imperfecto vtinam au-
direm, audires, audiret . Et pluraliter vtinam au-
diremus, audiretis, audirent . Præterito perfecto,
& plusquam perfecto vtinam audiuissem, audiui-
ses, audiuiisset . Et pluraliter vtinam audiuissemus,
audiuiissetis, audiuiissent . Futuro vtinam audiam,
audias, audiat . Et pluraliter vtinā audiamus, au-
diatis, audiant . Subiunctiuo modo tempore præ-
senti cum audiam ; audias, audiat . Et pluraliter
cum audiamus, audiatis, audiant . Præterito im-
perfecto cum audirem, audires, audiret . Et plu-
raliter cum audiremus, audiretis, audirent . Præ-
terito perfecto cū audiuerim, audiueris, audiue-
rit . Et pluraliter cum audiuerimus , audiueritis,
audiuerint . Præterito plusquam perfecto cum au-
diuissem, audiuiisses, audiuiisset . Et pluraliter cum
audi-

audiuissemus, audiissetis, audiuisserent. Futuro cū
 audiuerō, audiueris, audiuerit. Et pluraliter cum
 audiuerimus, audiueritis, audiuerint. Infinitiuo
 modo tempore præsenti, & Præterito imperfecto
 audire. Preterito perfecto, & plusquam perfecto
 audiuisse. Futuro auditum ire, vel auditurum esse.
 Gerundia, vel participalia nomina sunt hæc; Au-
 diendi, audiendo audiendum. Supinæ sunt hæc;
 auditum, auditu. Quot participia trahuntur ab
 hoc verbo actiuo? duo. Quæ audiens, & audi-
 turus. Audiens vnde formatur? à prima persona
 præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo?
 audiebam, bam in ns, fit audiens. Auditurus vnde
 formatur? ab ultimo supino. Quomodo? au-
 ditum, auditu: addita rus, fit auditurus.

Verbo impersonali tempore præsenti. Audi-
 tur. Præterito imperfecto audiebatur. Præ-
 terito perfecto auditum est, uel fuit. Præterito
 plusquam perfecto auditum erat, vel fuerat. Futu-
 ro audietur. Imperatiuo modo tempore præsen-
 ti audiatur. Futuro auditor. Optatiuo modo tem-
 pore præsenti, & præterito imperfecto utinā au-
 diretur. Preterito perfecto, & plusquam perfecto
 utinam auditum esset, vel fuisset. Futuro utinam
 audiatur. Subiunctiuo modo tempore præsenti
 cum audiatur. Præterito imperfecto cum audire-
 tur. Præterito perfecto cum auditum sit, uel fue-
 rit. Præterito plusquam perfecto cum auditum
 esset, vel fuisset. Futuro cum auditum erit, vel
 fuerit. Infinitiuo modo tempore præsenti, &
 prætrito imperfecto audiri. Præterito perfecto,
 & plus-

& plusquam perfecto auditum esse , vel fuisse . Futuro auditum iri .

Audior, audiris, vel audire, auditur : auditus sum, es, est : audire, audiatur, audiri, auditum esse, vel fuisse : auditus, & audiendus .

Indicatiuo modo tempore præsenti . Audior, audiris, vel audire, auditur . Et pluraliter audiuntur, audimini, audiuntur . Præterito imperfecto audiebar, audiebaris, vel audiebare, audiebatur . Et pluraliter audiebamur, audiebamini, audiebatur . Præterito perfecto auditus sum, vel fui, es vel fuisti, est, vel fuit . Et pluraliter auditi sumus, vel fuimus, estis, vel fuistis, sunt fuerint, vel fuere . Præterito plusquam perfecto auditus eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat . Et pluraliter auditi eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant . Futuro audiar, audieris, vel audiens, audietur . Et pluraliter audiemur, audiemini, audiuntur . Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam, audire, audiatur . Et pluraliter audiamur, audiamini, audiantur . Futuro auditor tu, auditor ille . Et plural . audiatur, audimino, audiuntor . Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto utinam audirer, audireris, vel audire, audiretur . Et pluraliter utinam audiremur, audiremini, audirentur . Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam auditus essem, vel fuissem, esfles, vel fuisfles, esfet vel fuisfet . Et pluraliter utinam auditi essemus, vel fuissemus, esfetis, vel fuisfetis, esfent, vel fuisfent . Futuro utinam audiar, audiari, vel audiare, audiatur .

Et

Et pluraliter utinā audiamur, audiamini, audian-
r. Subiunctio modo tempore præsenti cū au-
ar, audiari, vel audiare, audiatur. Et pluraliter
in audiamur, audiamini, audiantur. Præterito
perfecto cum audirer, audireris, vel audire,
diretur. Et pluraliter cum audiremur, audire-
nisi, audirentur. Præterito perfecto cum auditus
im, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. Et plu-
raliter cum auditum simus, , vel fuerimus, sitis, vel
fueritis, sint, uel fuerint. Præterito plusquam per-
fecto cum auditus essem, uel fuisset, essem, uel fu-
isses, esset, uel fuisset. Et pluraliter cum auditum es-
semus, uel fuisset, essetis, uel fuissetis, essent, uel
fuissent. Futuro cum auditus ero, uel fuero, eris,
uel fueris, erit, uel fuerit. Et pluraliter cum au-
diti erimus, uel fuerimus, eritis, uel fueritis, erint
uel fuerint. Infinitio modo tempore præsenti,
& præterito imperfecto audiri. Præterito perfe-
cto, & plusquam perfecto auditum esse, uel fuisse.
Futuro auditum iri. Quot participia trahuntur
ab hoc verbo Pasiiuo? duo. Quæ? auditus, &
audiendus. Auditus unde formatur? ab ultimo
supino. Quomodo? auditum auditu: addita s,
fit auditus. Audiendus unde formatur? à geni-
tuo sui præsentis participij. Quomodo? audi-
ens, audientis: tis in dus, fit audiendus.

SVm, es, est: fui, fuisti, fuit: sis, uel es, sit: esse,
uel fuisse. Gerundijs, & supinis caret. Habet
duo participia, scilicet ens, & esurus.

INdicatio modo tempore præsenti. Suim, es,
est. Et plurilater sumus, estis, sunt. Præterito
imper-

imperfecto eram, eras, erat. Et pluraliter eramus
eratis, erant Præterito perfecto fui, fuisti, fuisti
Et pluraliter fuimus, fuistis, fuerunt, vel fuerunt
Præterito plusquam perfecto fueram, fueras, fu-
erat. Et pluraliter fueramus, fueratis, fuerant. Fu-
turo ero, eris, erit. Et pluraliter erimus, erit
erunt. Imperatiuo modo tempore Præsenti, ac
secundam, & tertiam personam sis, vel es, sit. E-
pluraliter simus, este, sint. Futuro esto tu, esto il-
le. Et pluraliter simus, estote, sunto, vel suntote.
Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito
imperfecto utinam essem, esles, esset. Et pluraliter
utinam essemus, essetis, essent. Præterito per-
fecto, & plusquam perfecto utinam fuisse, fuisse,
fuisset. Et pluraliter utinam fuissemus, fuisse-
tis, fuisserent. Futuro utinam sim, sis, sit. Et plura-
liter utinam simus, sitis, sint. Subiuctiuo modo
tempore præsenti cum sim, sis, sit. Et pluraliter
cum simus, sitis, sint. Præterito imperfecto cum
essem, esles, esset. Et pluraliter cum essemus, es-
setis, essent. Præterito perfecto cū fuerim, fueris,
fuerit. Et pluraliter cum fuerimus, fueritis, fue-
rint. Præterito plusquam perfecto cum fuisse, fuisse,
fuisset. Et pluraliter cum fuissemus, fuisse-
tis, fuisserent. Futuro cum fuerio, fueris, fuerit.
Et pluraliter cum fuerimus, fueritis, fuerint. Infi-
nitiuo modo tempore præsenti, & præterito im-
perfecto esse. Præterito perfecto, & plusquam
perfecto fuisse. Futuro caret. Sed pro eo utimur
fore, & futurum esse. Gerundijs, & Supinis caret.
Quot participia trahuntur ab hoc verbo neutro-

substantiuo? duo. Quæ? ens, & futurum. Ens vnde formatur? à prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? eram, ram in nō essens. Futurus vnde formatur? ab ultimo supradicto verbi antiqui, quod est suo: vnde fit futurus. Olo, vis, vult: volui, voluisti, voluit; vel videlicet, voluisse. Gerundijs, & supinis caret. Habet vnum participium, quod est volens.

Indicatiuo modo tempore præsenti. Volo, vis, vult. Et pluraliter volumus, vultis, volunt. Præterito imperfecto volebam, volebas, volebat. Et pluraliter volebamus, volebatis, volebant. Præterito perfecto volui, voluisti, voluit. Et pluraliter voluimus, voluistis, voluerunt, vel voluere. Præterito plusquam perfecto volueram, volueras, voluerat. Et pluraliter volueramus, volueratis, voluerant. Futuro volam, voles, volet. Et pluraliter volemus, voletis, volent. Imperatiuo modo caret habet tamen in compositione. Noli, nolite. Futuro nolito, & nolitote. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto utinam uellem, uelles, uellet. Et pluraliter utinam uellemus, uelletis, uellent. Præterito perfecto, & plusquam perfecto utinam uoluisssem, uoluisses, uoluisset. Et pluraliter utinam uoluisssemus, uoluissetis, uoluissent. Futuro utinam uelim, uelis, uelit. Et pluraliter utinam uelimus, uelitis, uelint. Subiunctiuo modo tempore p̄esenti cum uelim, uelis, uelit. Ex pluraliter cum uelimus, uelitis, uelint. Præterito imperfecto cum uelle m, uelles, uellet. Et pluraliter cum uellemus, uelletis, uellent. Præterito perfecto

perfecto cum voluerim, volueris, voluerit. Et Pluraliter cum uoluerimus, uolueritis, uoluerint. Præterito plusquam perfecto cum uoluisssem, uoluisses, uoluisset. Et pluraliter cum uoluisssemus, uoluissetis, uoluissent. Futuro cum uoluerio, uolueris, uoluerit. Et pluraliter cum uoluerimus, uolueritis, uoluerint. Infinitiuo modo tempore Præsenti, & præterito imperfecto uelle. Præterito perfecto, & plusquam perfecto uoluisse. Futuro caret. Gerundijs, & supinis caret. Quot participia trahuntur ab hoc verbo neutro? vñum quod est volens. Et formatur à prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? volebam: bam in ns, fit volens.

F Ero, fers, fert: tuli, tulisti, tulit: fer, ferat: ferre, tulisse: ferendi, ferendo, ferendum; latum, latu: ferens, & latus.

I ndicatiuo modo tempore præsenti Fero, fers, fert. Et pluraliter ferimus, fertis, ferunt. Præterito imperfecto ferebam, ferebas, ferebat. Et pluraliter ferebamus, ferebatis, ferebant. Præterito perfecto tuli, tulisti, tulit. Et pluraliter tulimus, tulistis, tulerunt, vel tulere. Præterito plusquam perfecto tuleram, tuleras, tulerat. Et pluraliter tuleramus, tuleratis, tulerant. Futuro feram, feres, feret. Et pluraliter feremus, feretis, ferent. Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundā, & tertiam personam fer, ferat: Et pluraliter feramus, ferte, ferant. Futuro fertu, ferto ille. Et pluraliter feramus, fertote, feruto. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto

vtinam

vtinam ferrem, ferres, ferret. Et pluraliter vtinam
 ferremus, ferretis, ferrent. Præterito perfecto, &
 plusquam perfecto vtinam tulissem, tulisset, tulis-
 set. Et pluraliter vtinam tulissemus, tulissetis, tu-
 lissemus. Futuro vtinam feram, feras, ferat. Et plu-
 raliter vtinam faramus, feratis, ferant. Subiunctio-
 nis modo tempore præsenti cum feram, feras,
 ferat. Et pluraliter cum feramus, feratis, ferant.
 Præterito imperfecto cum ferrem, ferres, ferret.
 Et pluraliter cum ferremus, ferretis, ferrent. Præ-
 terito perfecto cum tulerim, tuleris, tulerit. Et
 pluraliter cum tulerimus, tuleritis, tulerint. Præ-
 terito plusquam perfecto cum tulissem, tulisset,
 tulisset. Et pluraliter cum tulissemus, tulissetis,
 tulissent. Futuro cum tulero, tuleris, tulerit. Et
 pluraliter cum tulerimus, tuleritis, tulerint. Infiri-
 tiuo modo tempore præsenti, & Præterito im-
 perfecto ferre. Præterito perfecto, & plusquam
 perfecto tulisse. Futuro latum ire, uel laturum
 esse. Gerundia, uel participalia nomina sunt
 hæc Ferendi ferendo ferendum. Supina sunt hæc
 Latum latu. Quot participia trahuntur ab hoc
 verbo actiuo? duo. Quæ? ferens, & latus. Fe-
 rens unde formatur? à prima persona præteriti
 imperfecti indicatiui modi. Quomodo? ferebam,
 bam in ns fit ferens. Latus unde formatur? ab
 ultimo supino. Quomodo? latum latu; addita
 rus, fit latus.

V Erbo impersonali tempore præsenti. Fertur.
 Præterito imperfecto ferebatur. Præterito
 perfecto latum est, uel fuit. Præterito plusquam

perfecto latum erat , vel fuerat . Futuro fertur . Imperatiuo modo tempore præsenti , feratur . Futuro fertur . Optatiuo modo tempore præsenti , & præterito imperfecto utinam ferretur . Præterito perfecto , & plusquam perfecto utinam latum esset , vel fuisset . Futuro utinam feratur . Subiunctiuo modo tempore præsenti cu feratur . Præterito imperfecto cu ferretur . Præterito perfecto cum latum sit , vel fuerit . Præterito plusquam perfecto cum latum esset , vel fuisset . Futuro cum latum erit , vel fuerit . Infinitiuo modo tempore præsenti , & præterito imperfecto ferri . Præterito perfecto , & plusquam perfecto latum esse , vel fuisse . Futuro latum iri .

FErer , fereris , uel ferere , fertur : latus sum , es , est : ferre , feratur , ferri : latum esse , vel fuisse : latus , & ferendus .

Indicatiuo modo tempore præsenti . Feror , fereris , vel ferere , fertur . Et pluraliter ferimur , ferimini , feruntur . Præterito imperfecto ferobar , ferebaris , vel ferebare , ferebatur . Et pluraliter ferebamur , ferebamini , ferebantur . præterito perfecto latus sum , vel fui , es , vel fuisti , est , vel fuit . Et pluraliter lati sumus , vel fuimus , estis , vel fuistis , sunt fuerunt , vel fuere . Præterito plusquam perfecto latus eram , vel fueram , eras , vel fueras , erat , vel fuerat . Et pluraliter lati eramus , vel fueramus , eratis , vel fueratis , erant , uel fuerant . Futuro ferar , fereris , vel ferere , feretur . Et pluraliter feremur , feremini , ferentur . Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam , & tertiam personam ferre -

feratur. Et pluraliter feramur, feramini, ferantur.
 Futuro fertor tu, fertor ille. Et plur. feramur, feri-
 minor, feruntor. Optatiuo modo tempore praesenti,
 & præterito imperfecto utinam ferrer, ferreris,
 vel ferrere, ferretur. Et pluraliter utinam ferremur.
 ferremini, ferrentur. Præterito perfecto, & plus-
 quam perfecto utinam latus essem, uel fuisset es-
 ses, uel fuisses, esset, uel fuisset. Et pluraliter utinam
 lati essemus, uel fuissetus, essetis, uel fuissetis, ef-
 sent, uel fuissent. Futuro utinam ferar, feraris uel
 ferare, feratur. Et plural. utinam feramur, feramini,
 ferantur. Subiuctio modo tempore praesenti
 cum ferar, feraris, uel ferare, feratur. Et pluraliter
 cum feramur, feramini, ferantur. Præterito imper-
 fecto cum ferrer, ferreris, uel ferrere, ferretur. Et
 pluraliter cum ferremur, ferremini, ferrentur. Præ-
 terito perfecto cum latus sim, uel fuerim, sis, uel
 fueris, sit, uel fuerit. Et pluraliter cum lati simus,
 uel fuerimus, sitis, uel fueritis, sint, uel fuerint. Præ-
 terito plusquam perfecto cum latus essem, vel fuisset
 essem, uel fuisses, esset, uel fuisset. Et pluraliter
 cum lati essemus, uel fuissetus, essetis, uel fuissetis,
 essent, uel fuissent. Futuro cum latus ero, uel fue-
 ro, eris, uel fueris, erit, uel fuerit. Et pluraliter cum
 lati erimus, uel fuerimus, eritis, uel fueritis, erint,
 uel fuerint. Infinitiuo modo tempore praesenti,
 & præterito imperfecto ferri. Præterito perfe-
 cto, & plusquam perfecto latum esse, vel fuisse.
 Futuro latum iri. Quot participia trahuntur ab
 hoc verbo passiuo? duo. Quæ latus, & feren-
 dus. Latus unde formatur? ab ultimo supino.

Quomodo ? Latum, latu ; addita s, fit latus : Ferendus unde formatur ? à genitiu• sui præsen-
tis participij . Quomodo ferens ferentis , tis in-
dus , fit ferendus .

E Do, es, est : edi, edisti, edit : ede, edat : ede-
re , uel esse , edisse , edendi , edendo , eden-
dum : esum , esu : edens , & esurus .

INdicatiuo modo tempore præsenti Edo , es ,
est . Et pluraliter edimus, editis, uel estis, edunt .
Præterito imperfecto edebam, edebas, edebat . Et
pluraliter edebamus, edebatis, edebant . Præterito
perfecto edi, edisti , edit . Et pluraliter edimus ,
edistis, ederunt , uel edere . Præterito plusquam
perfecto ederam , ederas , ederat . Et pluraliter
ederamus, ederatis, ederant . Futuro edam, edes ,
edet . Et pluraliter edemus, edetis, edent . Impe-
ratiuo modo tempore præsenti ad secundam , &
tertiam personā ede, edet . Et pluraliter edamus ,
edite, edant . Futuro edito tu, edito ille . Et plura-
liter edamus, editote, edunto . Optatiuo modo té-
pore presenti , & Præterito imperfecto utinā ede-
rem, ederes, ederet . Et pluraliter utinā ederemus ,
ederitis, ederent . Præterito perfecto , & plusquam
perfecto utinam edissem, edissem, edisset . Et plura-
liter utinam edissemus, edissetis, edissent . Futuro
utinam edam , edas , edat . Et pluraliter utinam
edamus, edatis, edant . Subiunctiuo modo tempo-
re præsenti cum edam, edas, edat . Et pluraliter cū
edamus, edatis, edant, præterito imperfecto cum
